Bericht bei Johannes von Segovia, Gesta Synodi Basiliensis. *NvK als Friedensvermittler im bayerischen Fürstenstreit.*

Reinschrift: E f. 268r; B f. 243v (zu den Hss. s. o. Nr. 103 *Anm. 1).*
Druck: MC II 899.

Audivit eciam sancta synodus oratores suos Lubicensem episcopum et Nicolaum de Cusa de Bauaria regressos, narrantes ex guerrarum acerbitate inter ducem Henricum Bauarie marchionemque Brandenburgensem incendia et devastaciones villarum ac opidorum quasi in maiori parte Bauarie, in dietaque per eos statuta convenisse fere omnes principes tocius patrie, quorum assistencia potuissent obtinere treugas ad quatuor annos; sed oportuerat Ludouicum Bauarie ducem, ut assentiret ille treugis, dare ad manus Henrici adversarii certum castrum, ut demoliretur[1]), ex quo sibi dampna proveniebant.

---

2 Henricum Bauarie: Bauarie Henricum *E* 3 Brandenburgensem: Brandeburgensem *E* 4 patrie *fehlt B* 5 ille *von Joh. über d. Z. erg. E.*

---

[1]) *Wohl Königstein; s.o.* Nr. 266 *Z. 11.*

⟨1436⟩ August 12, Basel.[1]) **Nr. 278**

Kardinal Cervantes an Eb. Raban von Trier. Er bittet, NvK bei der Erlangung der Pfarrkirche von Bernkastel zu unterstützen.

Kop. (gleichzeitig): Lüttich, *Bibl. Univ. 107. C f. 143r (s. dazu Meuthen, Dialogus 14 und 18).*
Druck: Martène — Durand, Veterum scriptorum amplissima collectio VIII 952; (Hontheim), Historia Trevirensis diplomatica II 388; Mansi XXX 1223f.; Honecker, Nikolaus von Cues und die griechische Sprache 12 Anm. 34.
Erw.: Meuthen, Pfründen 37.

Adresse und Kurialien. Exigit dilleccionis affeccio, quam ad venerabilem decretorum doctorem dominum Nicolaum de Cuza prepositum Mon(asterii)meynfelt ob eius laudabilia merita et utilia servicia huic sacro concilio per ipsum sepenumero impensa habemus, ut has nostras litteras in ipsius favorem v. r. p. mittamus. Rogamus igitur, eo quo enixius possumus, eandem p. v. r., quatenus eum paterna benivolencia suscipere dignemini, non pacientes eidem aliquam iniuriam aut quovismodo molestiam in persona aut rebus per quempiam inferri, sed nostri amoris intuitu sibi in suis opportunitatibus vestri favoris auxilium benigne impertiri, presertim in assecucione pacifica ecclesie parrochialis opidi in Berncastel, de qua ex commissione per sacrum concilium nobis facta sibi providimus. Iterum eodem affectu eandem r. p. v. ⟨rogamus⟩, quatenus, quantocius poteritis, vestrum benignum responsum super hiis nobis rescribere dignemini, ut eundem dominum Nicolaum de hoc assecurare valeamus et eidem persuadere, quatenus se ad filialem et debitam subieccionem et fidelitatem eiusdem r. p. v. absque ulla hesitacione donet. In quo nobis gratissimam faciet eadem r. p. v. complacenciam, quam votivis successibus conservet altissimus. Ex Basilea. XII augusti.[2])

Io. cardinalis sancti Petri apostolice sedis legatus.

---

4 quatenus eum: graciam 12 absque: complacenciam absque.

---

[1] *Zum Jahresdatum: Ich möchte meiner, Pfründen 37 Anm. 120 geäußerten Vermutung entsprechend den Brief auf 1436 (nicht erst auf 1437) ansetzen, da er nach dem Weggang des NvK von Basel im Mai 1437 doch als kaum noch denkbar erscheint. Für 1436 auch schon Honecker a.a.O.*

[2]) *Zu den Schwierigkeiten, die NvK bei der Inbesitznahme der Pfarrkirche dann hatte, s. Meuthen, Pfründen 36f.; dazu noch Akten in* Köln, *Hist. Archiv der Stadt, Bestand 1031 (Sammlung Fahne) U. 58, auf die zu 1438 IX 29 eingegangen wird. Einer der Mitbewerber war Hugo Dorre, als Anwalt Rabans auf dem Basler Konzil Prozeßgegner des NvK.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.